DOMINICI ARUMAEI, ... DISCURSUUM ACADEMICORUM AD AUREAM BULLAM CAROLI 4. OCTAVUS...

Dominicus Arumäus, Georg Lorenz Partzmeyr, Valenti Gonzaga

Digitized by Google

Theſis I.

Ad Cap. II. De Cõgregatione Principũ.

CUm, teſte Catone Cenſorino, ab nullo genere non ſummum periculum ſit, ſi cœtus & concilia & ſecretas conſultationes eſſe ſinas, ideò Romanis ll. absq; ſummi Principis conceſſione etiã prætextu ſalutis publicæ convenire non licuit, *l. 1. ff. de colleg. illic. l. conventicula. C. de Epiſc. & Cler.* Principis quippe propriũ eſt de rebus ad Rempubl. pertinentibus conſilio Procerum conventus agere, *l. humanum. C. de ll.* nec hi non niſi vocati ejus curam ſuſcipere debent, ne aliàs, ut *Tac.* notat in rebellione Galliarum, per convẽticula & cœtus diſſerant ſeditioſa. Hinc eſt quod conſultorum opinatione jus indicendi conventus publicos ſummi imperii ſignum eſſe videtur, Bodin. *c. 7. libr. 3. de Republ.* Magnificus & Nobiliſſ. D. Præſes, Præceptor ac Promotor meus æternùm venerandus *in tr. de Comit. c. 3. n. 1 & ſeqq.* Hinc Reges Galliarũ, Hiſpaniarum, Bohemię, ut peculiare dominationis ſignum ſibi hanc poteſtatem adſerunt, Heig. *lib 1. quæſt. 4. n. 44.* Exiſtimant quippe Reip. fundamentum eâ contineri, utpote cujus medio vel conſervari per deliberationes rerum neceſſariarũ, vel etiã everti per conſilia pravorum poteſt. Sed ut alia, ita & Imperator cõgregationem collegialem ipſo inſcio ſingulis annis inſtituere hac Bullâ permittit Electoribus, eò quòd multiplices Reip. curæ non patiantur eum omnibus intentum eſt, ipſique Electores ſolidæ baſes Imperii, & columnæ immobiles ſint, cujus ideò ſalutem magis quàm ruinam quærent. Quodque per longinquas terrarum diſtantias conſiſtant, & ideò de emergentibus defectibus referre ſimul & conferre, ſaniſque conſiliis ſibi providere poterunt. A. B. *in pr. hic.*

II.

Vult verò textus noſter, ut Electores perſonaliter conventui annuo interſint, quod tamen obſervantia ſubſequens, à qua Bullæ hujus interpretatio deſumi debet, non ita ſtrictè obſervatum eſſe ingerit, ſicuti vel conventûs Noribergici exemplo conſtat, cui nomine Brandeburgici Electoris legatus ejus Baro

à Putlitz interfuit. Sic etſi Regimenti conventui, qui in locum congregationis Electoralis ſuffectus dici poteſt, Paurmeiſter. *lib.2. c.2.n.48.de Jdict.* Carolus V. Imper. Electores in perſonâ per quadrimeſtre ſpatium adeſſe voluerit, *R. J. An.* 1521. §. Zu Beſtendigkeit des fürnemens/ attamen ſi impedirentur, per legatos eâ opera defungi potuiſſe textus innuit. Hinc verbis expreſſis *in pr. l. 8. c. 3. §. 9. in Goldaſt. Polit.* Reichshandl *Anno*: Und die andern von ehehafftig Sachen wegen / die ſie auff ihre rechte Warheit mit ihren offnen verſiegelten Brieffen bekennen ſollen/ mit ihrem ſelbſt Leib nicht kommen können/ Rähte/ die ſie auch alsdann mit Macht zu ſolchem Tag ſchicken.

III.

Quæri hic debet; An Rex Bohemiæ huic Collegiali conventui intereſſe ſoleat?

Et quidam ſunt, qui diſtingvunt inter Electoralem & Collegialem convẽtum, Wahl und Collegialtag/ ut illi intereſſe, huic verò non itidem ſoleat. Quæ diſtinctio æquiſſimò fundatur fulcro: ſiquidem immota eſt æquitatis reg. cum qui incõmodis aliorum non premitur, nec cõmodis eorum ſublevari debere, & Unio Electorum ſ. ſocietas jus quoddam fraternitatis continet, Heig. *d.q.4.n.49.lib.1.* quæ omnẽ inæqualitatem reſpuit, *l, ſi non fuerint. §. f. l. verum. § ſi cum tres ff pro ſoc.* & quemadmodum is, qui in matriculam non deſcriptus reperitur, aliorum in eâ deſcriptorum privilgiis non fruitur *gl. in l. eos. C. de off. mag. mil. l. f. ibiq;. Br. C. de Reb. Cred. Gail. 1. obſ. 21. n. 5.* Utique cũ Rex Bohemiæ matriculæ unionis inſertus non ſit, ſicuti apparet ex primâ illâ, quam ſex reliqui Electores Anno 1438. & altera, quã itidẽ ſex nullâ factâ mentione Bohemi an. 1521. inieſũt. Goldaſt. *Pol.* Reichshandl *p. 8.* bonâ conſequentiâ colligitur eum privilegiis in formulâ unionis expreſſis non gaudere, quorum hoc non minimum eſt, de quò agitur. Imò verbis claris *in c. 3. d. or. 8. inf.* §. Wann es aber/ etc. quando Collegialis conventus & quo loco inſtituendus ſit, quique ad illum convocandi exprimitur, inter quos altum ſilentium eſt de Bohemo, cui ſi aditus ad eum pateret, non utique negligi aut præteriri potuiſſet, cum contemtus unius plus quàm contradictio multorum obſiſtat, *c. venerab.*

extr.

cap. de Elect. & Elect. pot. Quin quod alibi JCtus monet, ſi de interpretatione legis quæratur, inſpiciẽdũ, quo jure civitas retrò in hujusmodi caſibꝰ uſa eſt *l. 37. d. ll.* id in rei præſentis deciſione reſervando, cùm poſterior Electoralis cõgregatio *A. 1611. Norimbergæ* celebrata Bohemi nullam rationem in eâ habitam fuiſſe oſtendat: contingentium de futuro caſuum ratio ad eam dirigenda erit. Sicuti hoc etiam ex Friderici II. Imper. conſtitutione apparet: Wir befreyen ſie auch, ait Imper. damit der vorgenandte durchleuchtige König in Böhelm vnd alle ſeine Nachkommen zu vnſerm Keyſerlichen Höffe nirgend hinzuziehen verbunden seyn ſollen/ es were dann Sache/ daß wir vnſere Hoffhaltung oder Zuſam̃enkunfft gen Bamberg/ Nürnberg oder Merßburg anſtellen würden/ daſelbſt hin ſollen ſie zu erſcheinen verpflichtet ſeyn. *Goldaſt.* Reichsſatzung *fol. 30.*

IV.

Porrò in textu noſtro Carolus conſtituit, ne tractatus cõmunis ſalutis & pacis per tractum & moram ſolatii ſ. exceſſivam convivii retardetur frequentationem, generales omnium Principum celebrare alicui non licere invitationes vel convivia, particularia utique, qua in re Platonis conſilium *lib. 2. d. ll.* ſecutus videtur, qui gubernatores atque judices munus ſuum ſubituros à vino penitus prohibet, deliberaturos quoque de rebus omninò non negligendis: de abſtinentiâ quippe caſtæ prodeunt cogitationes, ait Leo Magnus *in ſerm. de jejun.* rationabiles voluntates & ſalubriora conſilia. Licèt ergò pleræq; nationes inter pocula de rebus graviſſimis deliberabant, tamen id de potatione modicâ intelligendum eſt. Rectè v. generalia omnium Principum, in quib. Cæſaris, Regũ Principumq; ſanitates ſummos infimosq; inſanos faciunt, inhibẽtur, quippe, quod Senec. *lib. 1. de benef.* ſcribit, habebitur aliquando ebrietati honor & plurimam in meri cœpiſſe virtus erit, id apud nos usq; adeo præpotentium niſu invaluit, ut non rarò Salutipotator, plus quàm ſuaſor magnorum demereatur gratiam, laudemq; ex crimine conſequatur. Obviã quidẽ huic malo Conſtitutionibus Imperii itum eſt Maximiliani I. *Receſſu An. 1500.* §. von den Zutrincken/ & *An. 1502.* §. von dem Gotteslåſtern/ Caroli V. *Rec. An. 1530.* von Zutrincken/ & pluribus aliis. Sed in obſervantiam non venerũt

ſa-

idque peſſimo exemplo & quad. turpitudinis infamiâ, ait *Gail. lib. 2. obſ. 110. n. 24.* rogant quippe ad jucunditatem, verba ſunt *Ambroſii de Elia & jejun. c. 14.* ſed cogunt ad mortem, invitant ad prandium, efferre volunt ad ſepulchrum, cibos promittunt, tormenta irrogant, vina prætendunt, venena ſuffundunt, &c.

V.

Ad Cap. 13. De Revocatione privilegiorum.

Cum capp. præcedentibus Carolus plurima privilegia indulſit Electoribus, hoc tam ſua quàm prædeceſſorum ſuorum, quæ juribus & honoribus præfatis Electorum officiant, revocat, & annihilat, etiamſi in illis inſertum ſit, quòd revocabilia eſſe nō debeant, niſi ſpecialis, & de verbo ad verbū in iis ſeriatim mentio fiat. Cum enim (ut lubens præteream argumenta alia à Magnif. D. Præſide in th. adducta) de Imper. expreſſâ voluntate derogatoriâ per verba illa maximè generalia B. n. conſtet: Quibuscunque perſonis, cujuscunque ſtatus, præeminentiæ, vel dignitatis, ſuper quibuscunque juribus, gratiis, immunitatibus, conſvetudinibus, &c. Quorum vis etiā cauſam privilegiatam, quæ aliàs ſub reg. generali non continetur, implicat. *Crovetta conſ. 249.* additaq; inſuper ſit ſpecialis derogatio ſpecialium quorumcunq; privilegiorum, & quid. ex certâ ſcientiâ de plenitudine poteſtatis, utiq; revocatio jure facta cenſeri debet, *Menoch. conſ. 112. n. 49 & 57. Tapia c. 2. in Rubr. de conſtit. Princip. Florentin. de Ven. conſ. 16. n. 250. inter conſilia Canticuncule.* Verùm ſi quis preſſiùs hæc conſideraverit, inveniet h. text. ut & Dd. illam deciſionem non ſine difficultate tranſire. Vel enim privilegium cæteris ſtatibus ex cauſâ oneroſâ conceſſum fuit, purà, quia pretio compararāt. Rarò n. hodiè conceduntur immunitates liberaliter, ſed habent in ſe præmiū ſ. meritum, *ait Rulan. à Valle conſ. 12. n. 62. Vol. 3.* Et revocari illud nec ex certâ ſcientiâ, vel etiam ex plenitudine poteſtatis potuit, conceſſio n. hujusmodi vim contractûs obtinet, quo nō ſecus Princeps ac privatus ligatur. *Ruland. à Valle d. conſ. 13 n. 32. Tapia par. 2. c. 9. n. 2. ad l. f. de conſt. Principp.* Vel ex cauſâ remunerationis conceſſum fuit, & quia contractui æquiparatur, ſimiliter nec illud caſſari potuit, *arg. l. Aquilius Reg. ff. de donat. Tiraq. in l. ſi unquam, verſ. donatione largitus, n. 14. C. de revoc. don. Rulan d. cōſ. 13,*

n.

n. 21 & ſeqq. Tapia d. c. 9. n. 6. Vel ex merâ liberalitate fuit indultum, & nec hoc tolli potuit, quia nihil magis, *inquit in terminis noſtris Molin. c. 3. n. 18. lib. 3. de Hiſpan. primog.* Regiâ Majeſtate indignum dici valet, quàm quòd Princeps abſque causâ poſſit propria privilegia revocare, cùm inconſtantia & variatio in Principe reprobetur, &c.

VI.

Hinc quæſtio illa decidi poteſt: Rudolphus II. Imper. (pientiſſimæ recordationis) cuidam Imperii Principi expectantiam ſuper caducitate Comitatus cujusdam promiſerat, cujus caſus, cùm nondum tempore mortis concedentis contigerat, an cõceſſionis renovatio ab inviċtiſſimo Imper. ſucceſſore peti debuerit? ſi enim ſucceſſor factum anteceſſoris præſtare cogitur, quod jam diximus, ſupervacua videtur renovationis petitio, vel eo quoq; maximè attento, quòd capitulationibus Imperatorũ expreſſè continetur: jura, privilegia, dignitatẽ Principũ & ordinũ Imperii minimè innui aut tolli per ſucceſſorẽ poſſe, *Wid. lib. 1. de ſtat. Relig.* Et in terminis tradit *Vivius deciſ. 206. lib. 2.* privilegiorum confirmationem non eſſe neceſſariam.

VII.

Et hactenus quidẽ Carolus ſeſe beneficũ erga Electores exhibuit, in præſente v. capite ad cõmunẽ Dominorũ ſortem reſpicit. Cùm n. illo tempore Vaſalli in id temeritatis provecti, ut non ſolùm Dominos contemnerent, ſed quibusdã etiã in rebꝰ contumeliis non abſtinerent. *Alb. Crantz. lib. 8. c. 21. in Saxon.* & fiduciâ munitionum & clientũ non rarò ipſis bellum facere auderent, ut ait *Fabric. lib. 7. Orig. Saxon.* quod ut rectiùs & colore quodam, ne Dominos ſuos oppugnare viderentur, efficerent, feuda, quæ tenebãt, Dominis refutabant, & poſt reſignationem eos diffidare atque prætextu inimicitiæ feuda recuperare ſolebant. Id v. hic prohibet, conſtituitq;, ut quidẽ Vaſallis juxta cõſtitutionẽ Lotharii Imp. Dõmis ſuis verè & realiter feuda refutare, ſed nullo unq. tẽpore eosdẽ per ſe aut alios moleſtare aut feuda occupare liceat, vel, ut loquitur Feudiſta, offendere debeat, *in c. un. de Vas. qui cõnt. conſt. Loth. 2. F. 38.* Idq; propter beneficii priſtini recolitionem, quam venerandã eſſe oportet, ait *Schenck Baro ad d. c. un.* Quòd ſi v. reſignans feudũ refutatũ occu-

Cap. 14. De his, quibus ut indignis auferuntur bona feudalia.

cupaverit, non ſolùm infamis erit, & bāno Imperiali ſubjacebit, verùm etiā feudi poſſeſſione jure ipſo privabitur, nec unquā, ne quidem volente & ſciente Domino, id denuò cōcedi poterit. Imò invadens infamis efficitur, & bāno Imperiali feritur. Qui & ideò feudi capax non eſt, nec de novo inveſtiri poteſt, *Roſenth.c.3.concl.19.* Et ſuperiores pœnæ etiam contra illos, qui nullâ factâ reſignatione Dominos quacunq; prævia diffidatione vel omiſsâ offendunt, conſtituuntur, ſicq; hac in parte pœnā ſeveriorem Bulla noſtra, quàm Jus Feudale dictat commune, quod amiſſione Feudi contentum eſt, *c.un.quib.mod.feud.amitt.* *1.F.5.&17.* Sed hanc ſeveritatem haut dubiè furentium Vaſallorum graſſans licentia tum extorſit.

IIX.

Ad Cap. 15 De Cōſpirationib9. Radices ſeditionum & contentionū civiliū exſtirpare prius oportet, quàm malū ipſum exoriatur; Difficiliùs n. tunc, quàm initio illi ſuccurritur, Seditionū autē ut Ariſtoteli placet, variæ ſunt, quibus permoti homines ipſam quoq; Remp. perturbant, quas enumerat *Sebaſt.Fax lib.2.n.19.de Regni Regisq; inſtit.* Cū E. illæ cauſæ in Rep. exiſtunt, tollendæ ſunt contrariis remediis, inprimis v. ſevera fiat conventiculorū prohibitio. Unde noſtris LL. nullo prætextu congregationes agere permittitur, *l.1.ff.de colleg. illic. l.1 ff.quod cujusq; univ.nom.* Et Fridericus I. Imp. *Conventicula quoq;*, ait, *& omnes conjurationes in civitatibus & extra, etiam occaſione Parentelæ inter civitatem & civitatem, & inter perſonam & perſonam, ſive inter civitatem & perſonam modis omnibus prohibemus fieri. Radewic. lib.2.c.7.de reb.geſtis Friderici, c.un.§. conventicula de pac.tenēd.int.ſubd.2.F.53.* Cujus verba in h.t. Carolus noſter derivando, *deteſtandas & ſacris ll. reprobatas cōſpirationes*, ait, *& conventicula ſeu conventiones illicitas in civitatibus vel extra &c. damnamus.* Quare ſi vel inter cives in civitatibus vel paganos, vel duas aut etiam plures civitates, vel inter civitatem & alium, puta Principem vel Comitem prætextu parentelæ ſeu protectionis, colligatio vel congregatio inita ſit, Domini conſenſus ut interveniat, isq; etiam nominatim ut excipiatur, neceſſe eſt. Quamvis enim jus protectionis nullam tribuat jurisdictionem, unde Gail. *dicit lib. 2. obſ.54.n.1.* Schutz und Schirm gibt kein Obrigkeit. Et ſicut in Imperio protectionis privilegia,

quæ

quæ ab Imper. privatis etiam perſonis dari conſveverunt, daß ſie jhre Kinder vnd Güter in der Keyſerlichen Majeſtet / vnd des H. Reichs Schutz vnd Schirm ſeyn ſollen/ &c. non id operātur, ut Jurisdictioni ordinariæ quid derogent, *Gail d.l.n.7.* vel etiam absq; ſpeciali iſta ſuſceptione Cæſareā protectionē excludant, tamē habent hæ colligationes ſpeciē unionis, unio a. non ab inferioribus, ſed à Dominis & ſuperioribus fieri debet, *c. ſicut unire.* *extr. de Exceſſ. prælat. c. illud. 2. N.8. Cravet. conſ.258. n.16.*

IX.

Quid ſi verò duo Principes conſangvinei & confœderati civitatem in protectionem ſuam ſuſcipientes, eam contra omnes defendere promiſerint, & deinde alter eorum opprimere civitatem hanc conetur, an alter requiſitus eam contra conſangvineum & confœderatum defendere teneatur?

Quam quæſtionem quidem utramque in partem diſcutit *Simon Piſtor. d. conſil. 19.* Sed concludit requiſitum contra offendentem obligatum eſſe. Obligatio enim protectionis facti eſt, & proinde individua, inſolidumq; tenebitur uterque Princeps, ut duo rei debendi, *l. nemo 5 ff. de duob. reis.*

X.

Quod ſi verò quæſieris, an confœderationes & ligæ, quas Principes inter ſe vel alii aut civitates pro tuendâ in ſuis ditionibus pace ineunt, valeant?

Ex h. B. eas valere reſpondebimus, atque ideo in Camerâ Imper. An 1553. Fœdus inter Epiſcopos Würzburgenſem & Bambergenſem ac Civitatem Noricam adverſus Marchionem Albertum initum pro licito fuit judicatum, cùm illud non ſolùm ad ſui ſuorumque defenſionem inierant, ſed id quoque hortatu ac juſſu Imper. Caroli V. fecerant, qui mandarat ſtatibus Frācici Circuli, ut fœdus inter ſe sancirēt de obviādo omnibus, qui in poſterum ipſos invadere violenter conarentur, tametſi Marchio hoc ipſum fœdus tanquā illicitā conſpirationē contra ſe factam graviter impugnaſſet, *Mynſ. obſ. 2. cent. 6. n. 10.*

XI.

Quare & cùm confœderatio nes Saxoniæ Brandenburgenſium & Haſſiæ Principum, pro pace tuendâ præcipuè initæ ſunt, licitæ cenſeri debent.

142

De Confraternitatibus earundem familiarum major eſt dubitatio?

Quod enim nonnulla vocabula: **Erbeinigung vnd Erbverbrüderung** promiſcuè uſurpet, in eo falluntur. Rectius n. ex formulis conventionũ diverſis, quæ rẽ eſſe diverſam arguunt, *l. ſi idem 7. C. de Codicill.* diſtingvũtur, ut **Erbeinigung** confœderatio, **Erbverbrüderung** v. vocetur confraternitas. Illa certum modũ belli pacisq; tempore obſervandũ; Hæc a. mutuã confratrum ſucceſſionẽ continet, & licitã eſſe obtinuit, cùm quia cõfratres ſunt milites, E. &c. *l. licet 19. C. de Pact.* tum quia ipſi de quor. ſucceſſione agitur, conſentiunt omnes, E. &c. *l. ult. C. de Pact.* uti pluribus docent, *Rubin. conſ. 40. & 99. Dec. conſ. 516. & 655. Gail. obſ. 127. n. 1. lib. 2.* Et quidem confraternitas hæc inter Saxones & Heſſos An. 1262. quo Miſnenſes & Brabantini de Thuringiâ contendebant, incœpit. *Fabric. lib. 6. de Orig. Saxon.* renovata v. inter eos fuit An. 1372. *Fabric. d. l. 6.* Itẽ An. 1431. *Fabr. l. 7.* Et rurſus An. 1555. & 1587. Naumburgi, in qua ultimâ nulla Saxoniæ aut alterius ditionis exceptio facta fuit, **vernewern die Verbrüderung**/ habet formula, **in vnd mit Krafft dieſes Brieffes/ in der aller beſtendeſten Form/ Weis vnd Maß/ als ſolches** Jure publico, militari **vnd ſonſten zu recht geſchehen kan oder mag mit vnſern beyden Partheyen/ Fürſtenthumen/ Graffſchafft/ Herrſchafften/ Lehn- vnd Landſchafften/ mit allen vnſern Land vnd Leuten/ die wir jtzo haben/ oder darnach gewiñen mögẽ/** &c. Inter Marchiones v. Brandeburgenſes & Saxoniæ Electorem & Duces, Haſſiæq; Lãdgravios illo ipſo A. vid. 1587. Naumburgi renovatio cõfœderationis facta fuit, ut ex formula ejsd. anni apparet: **Daß die Chur vnd Fürſten der Häuſer Sachſen/ Brandenburg vnd Heſſen vor langen Jahren eine freundliche vnd brüderliche Erbeinigung vnd Verſtendnis/ wie vnd welcher Geſtalt ſie/ ihre Erben vnd Nachkommen ewiglich bey einander in freundlicher Einigkeit/ gutem Frieden vnd ewiger Ruhe ſitzen vnd leben/ auch in derſelben Widerwertigkeit vnd Nöhten einander Hülffe/ Raht vnd Beyſtand thun ſollen/ gelobet vnd geſchworen haben/ ꝛc.** Hac formula etiam oſtendit, nec conſenſum Cæſareæ Majeſtatis requiſitum fuiſſe. Hinc confusè quidam, quod de Confœderationibus in textu noſtro conſtituitur, ad Confraternitatem trahunt, quæ, quando de ditionibus adeoq; Imperii feudis Regalibus certam contineat proviſionem, meritò Cæſaris tanq. feudorum Domini conſenſum expoſcit, *Gail. d. obſ. 127. n. 5.* Unde in formulâ confraternitatis additur

Vnd wollen wir beyde Partheyen bey jtzigen Röm. Keyſ. Majeſt. vnſerer allergnädigſten Herrn getrewlich anſuchen vnd bearbeiten/daß dieſe vnſere Brüderſchafft Auff- vnd Vbergebung/wie vor geſchrieben ſtehet/beſtettiget/ bewilliget vñ gevollwortet werde/mit wiſſentlicher Auffhebung aller Recht/ ſo darwider ſeyn oder angezogen/ auch wie die im Rechten namhafftig oder endlich genennet möchten werden. ꝛc. In confœderationibus tamen Imper. ſemper excipi debet *in pr. h. t. Queſtæ conſ. 6 n. 15.* Wo Fürſten vnd Herren mit Eyden zuſammen ſchweren / ſie ſcheiden dann den Keyſer vnd das Reich draus/ſo haben ſie wider das Reich gemißhandelt/ ait text. in art. 1. Landr. libr. 2. ubi gl. addit: Vnd darum̃ meldet er hie des Reichs/ dann ein Keyſer oder König mag ſterben/aber nicht das Reich. Unde & in confœderatione ſuperiore, doch nehmen wir/ additur, in dieſer Erbeinigung aus die Röm. Keyſ. Maieſt. vnſerer aller gnädigſten Herrn/ſeine Keyſerliche Perſon vnd Würde/ ꝛc.

XIII.

Et quamvis textus noſter generaliter & indiſtinctè confœderationes Principum permittere videatur; Attamen cùm Maximilianus I. ſocietatem cum exteris nationibus contrahere inhibuerit, *Jul. Pflug in Orat. de Rep. Germ.* prior hæc noſtra cõſtitutio ſecundum poſteriorẽ exaudiri debet, *l. 26. 27 de LL.* quæ tamen male hodie obſervatur. Nam Principes Germaniæ cum Regibus Galliæ quadraginta ſeptem fœdera contraxiſſe perhibentur. *Bod. 1. de Rep. c. 9. Wahrem* Ehrenbergk *1. de fœder. c. 2.* Smalcaldici fœderis ſocii Galliæ & Angliæ Reges de auxilio ſollicitarunt *Sleid. 17. de Stat. Relig.* In fœdere Chambortico primas Galliæ Rex tenebat, de quo illud quæri poteſt. An verũ, quod *Bodin. 5. de Repub. c. 6.* ſcribit, Mauritiũ Electorẽ ſc. inſcio Hẽrico II. Galliarũ Rege, ab illo receſſiſſe? N. Quod enim volente & conſentiente Rege Galliæ fœdus id diſſolutũ ſit non ſolùm Fraxinei Regis legati verba in Principum conſeſſu habita id ſatis innuunt, verùm etiam Regiam voluntatem Rex ipſe in caſtris ante Argentoratum Legatis Palatini, Moguntini, Treverenſis, aliorumq; poſtquam literis Mauritii, quid Lincii actum eſſet, cognovit, aperuit, *ut ex Sleidani hominis germani lib. 24 abundè conſtat.* Adhæc convincit & edocet hoc ipſum unica hæc ratio ex ipſo Bodin. deprompta, nempe liberandorum captivorum Principum causâ bellum præcipuè & fœdus ſuſceptum fuiſſe, quare transactione Paſſavienſi finito negotio, cujus gratia confœderatio facta fuit, ipſam quoque

finiri par erat, *arg. §. item ſi 6. J. de ſociet. l. actione 65. § 5 ff pro ſoc.* nec tamen fœdus violatum, quia per rationem juſtam ab eo receſſum eſt, *l. 14. & 15. ff. pro ſoc.* ne bellum funeſtum paci honeſtæ præponeretur, ſiquidem ut Bodinus ipſe *in Polit. d. loc.* rectè tradidit, ſi unus ex ſociis perpetuis & capitalibus odiis cum hoſtibus certare, ſociis diſſentientibus velit, cæteros odio implacabili ac ſempiterno implicari non oportet. Plura in hanc rem expoſuit Magn. ac Nobiliſſ. *Dn. Præſes in Vol. 1. J. Publ. Diſc. 27.* quem unicum allegaſſe ſufficiet.

XIV.

Quod Sanctio Maximiliani I. cujus mentio facta in præced. th. hodie non ſervetur, teſtatur quoq; unio olim contracta, cujus exteri præcipua perhibentur fuiſſe fulcra. Id tamen unicè cavendum, ne in ſocietatem fœderis infideles ut Turcæ, Saraceni & ſimiles vocentur, admoniti exemplo Johannis Palæologi Imper. Orientis, cui ut & toti Græciæ confœderatio cū Amurathe I. exitio fuit. Annon ubi Turca Ethnicus in familiaritatē Chriſtianorum admiſſus, eam retributionem rependet quam mus in pera, ſerpens in gremio, & ignis in ſinu, ſuis hoſpitibus exhibere ſolent, ut Pontifex de Judæis loquitur *in c. etſi extr. de Jud.* quod ſi mente recoluiſſet Henricus II. Galliæ Rex, juramentum tam horrendum Solimanno non præſtitiſſet.

XV.

Quod verò Carolus noſter & nos ex eo ſuperiùs diximus, civitates quoque confœderationes inter ſe, vel cum aliis inire poſſe, id quomodo intelligendum, ex diſtinctione Civitatum habendū eſt. Quædam n. pro ſtatu Reip. præſentis Liberæ, aliæ Conditionatæ, nonnullæ Municipales perhiberi poſſunt. Liberæ videntur eſſe, quæ nullum ſuperiorem præter Cæſarē & Imperium recognoſcunt, quo ſenſu conjunctim dicuntur, Freye Reichsſtädte, daß ſie nemlich keines Fürſten oder Herrn/ſondern allein des Reichs Städte ſeyn/ *Gail. 2. obſ. 51. n. 7. Wehner in pract. obſ. verbo,* Freye Reichsſtädte *verſ. ergo propriè.* Conditionatæ ſ. Mixtæ dici poſſunt, quæ partim certis conditionib. Electores vel Principes, partim Imper. agnoſcunt, R. A. *d. An. 1548. §* ſolchem zu begegnen. de quibus *Gail. d. l. n. 10.* Municipales dicūtur, quæ omninò & immediatè Principibus & Dominis ſubjectæ

ſunt

ſunt *Gail 1.obſ.1.n.18 & 19.* Quod ergo dictum, civitates vel inter ſe vel cum aliis Principib. & Magnatibus confœderationes inire poſſe id de liberis, Freyen und Reichsſtädten verum haud dubie eſt. Habent enim hæ civitates in ſuo territorio jura ea, quæ Principes in ſuis ditionibus, *Gail. d. loc. n 7. Rutg Ruland. 5. de Commiſſ part.2.c.4 n.41.* die Landsfürſtliche Obrigkeit/ non quidem nomine, ſed tamen reipsâ: Unde non minùs incórporatæ ſunt Imperio, quàm ipſi Principes, ſeſſionem quoq; ut Principes in Comitiis habẽt, nec non Cameræ & Imperio immediatè contribuunt. Qua de re excuſa videre licet conſilia cum titulo: Des H. Röm Reichs Erbarn/ Freyen/ und Reichsſtädten Seſſion, Stand und Stim betreffend/ &c. Conditionatas quod attinet, in iis conventionis formula, & quibus conditionibus Principi ſe ſubjecerint, inſpici debet. Municipales verò, quia loco privatorum ſunt, *l.16. de V.S.* inſcio vel invito Domino confœderationes inire iis non permittitur.

XVI.

Atqui cum & Civitates certo fœdere conjunctæ, nec tamen unius generis repeꝛiantur, quæ vulgò Hanſaticæ ſeu HanſeeStädte appellantur, ex eo forſan ſic dictæ, quòd maximæ & præcipuæ ex iis mari adjacent, qſ. am See Städte/ quæſitum de iis, an earum fœdus legitimum cenſeri debeat?

De quo ſic ſcribit Ehrenbergk *2. de fœder. c.2. n. 44,* ſi penitiùs examinaverimus hujus fœderis vel conventionis naturam, vix negare poterimus, quin ſapiat quoad nõnullas civitates ſpeciẽ conſpirationis, cùm multæ civitates in eo cõprehẽdantur aliorum Imperio ſubjectæ, quæ neq; Regalia à Cæſare Imperióve habent, & ſuperiorem Magiſtratũ præter Cæſarem agnoſcũt, quibus & alii Principes mandare poſſint, quæ etiam nec in Comitiis, nec in circularibus conventibus ſeſſionẽ ac votũ habẽt, neq; matriculâ ſunt comprehenſæ, nec contributionem Cæſari, ſed Principibus ſolvunt. Verùm, ſi mentẽ B n. attenderimus, utiq; fœdus illud legitimũ cenſeri debet. Nam ſuper generali pace provinciarum & terrarũ ad tuendã libertatem cõmerciorum & privilegiorũ confœderatio hæc facta eſt. Deinde fœdus

144

illud Anſeaticum Imper. conſenſu corroboratū, isq; nominatim exceptus eſt. Incepit quippe, teſte Chytræo, paulò ante Friderici II. Imper. ætaté, circa An. Dom. 1200. nec per hanc B. abrogatum eſt. Eſtq; inſuper collegiū hoc, ut in variis Imperii Receſſibus An. 1542. 1544. 1548. 1555 557. 1566. 1576 1582. 1594. verſ. Desgleichen die freye Ritterſchafft etc. patet, ad contributioné contra Turcas alióſve non ſemel requiſitum. Quanquā & Præſcriptionis fulcro, licet jam dictis deſtitueremur, Collegiū hocce ſe tueri poſſet. Quod ſi fœdus Anſeaticum illicitū eſſet, Reges & Principes illi afficerentur injuriâ, qui in illud quandoq; recepti, quorum Catalogum recenſet auctor der Vereinigten Teutſchen Hanſeeſtädte etc. Quare concludimus, quia fœdus illud ab Imperatoribus, Regibus, Principibꝰ, cæterisq; Imperii Ordinibus legitimum & juſtum hactenus habitum fuit, ideo etjam id tale verè cenſeri debet, *arg. l. Barbarius. 3. de off. præt.*

XVII.

Quod ſi verò porrò de pœnis, quæ conſpiratores ex h B. manent, quæſieris, conſtituit Carolus, ſi perſonæ ſingulares cōtra h B. congregationes illicitas contraxerint, ultra pœnas l. antiquæ, de quibus *in l. 1. & 2. C. de ſeditioſ. l. ſi quis 38. §. actores ſeditionis. 2. de pæn.* eas notâ infamiæ & decem librarum auri pœnâ puniri. Civitates verò vel univerſitates centum librar. auri, quarum medietas fiſco, altera Domino earundem cedet, & amiſſionis, & privationis libertatum & privilegiorum Imperialium pœnas incurrere.

COROLLARIA.

I. An Electorum voluntas ratione loci & *temporis* habendorum Comitiorum neceſſaria ſit, disquiritur? Et licèt ex multis Imperii Receſſibus pateat, hoc ſoli Imperatoris arbitrio tributum fuiſſe, *ut ex* R. A *de A. 1527.* § Vnd haben derhalben wir/ *ibi:* Dann daß Ihre Keyſ. Maj. zum fórderlichſten ein Reichstag zu Ihr Maj. an bequeme Wahlſtadt vnd Zeit fürgenōmen/ vnd auſſchreiben hette laſſen/ wolten doch ſolches zu Ih Maj. Wolgefallen vntertbänigliſt geſtellet haben. Receſſ. Francof. 1442. verſ. Darumb inſonderheit her zu vns zu kommen geboten. Attamen quia contextus litterarum denunciatoriarum de contrariis obſer-

ſer-

ſervantiâ in verſ. Vnd dann vns auch die Zeit vnd Wahlſtadt gutwillig heimgeſtellet/atteſtatur, ei meritò ſtandum eſt. Magn. & Nobil. D. Præſes *in tr. de Comit. cap. 5. n. 27.*

2. Utrum v. Cæſar arbitratu ſuo Comitia de uno loco ad aliū transferre & reaſſumere poſſit? Et cùm per conceſſionem ad jus prius, quod ante capitulationem fuit, redeatur, quo Cæſari citra conſenſum Electorum ea trāsferre & reaſſumere licuit, ſicuti apparet *ex Receſſ. Colon. An. 1512. ibi in pr.* Maximilian. I. ait, zu vns anfänglichen Trier auff einen gemeinen Reichstag erfordert/vnd dann folgend aus trefflichen beweglichen Vrſachen gen Cölln verrückt. ideoque affirmare quæſtionem non ambigimus, quāvis Cæſar & hac in parte per civilitatē eundo Electorū cōſenſū expoſcere poſſit. Mag. Dn. Præſ. *in prelaudato tr. d. lo. n. 28.*

3. Diximus ſupra in th. 2. Ordines Imperii legitimo impedimento detentos etiam per legatos comparere poſſe, uti vult R. A. zu Cölln *d. An. 1512.* § Es ſollen auch die Churfürſten/etc. *ibi:* So ſie in Sachen oberzehlt zuſam̃en an gelegene Wahlſtadt erfordert werden/perſönlich oder durch ihre vollmächtige treffentliche Botſchafft/wo ſie in eigener Perſon zu erſcheinen/redliche Hinderung hetten/die ſie bey ihrem Glauben mit ihren Brieffen vnd Siegeln bethewren ſollen/erſcheinen/vnd nicht ausbleiben. Ubi quod de fide additur, non eum ſenſum recipit, ac ſi juratā eam eſſe oporteat, juxta deciſionem Pontificis *in cap. quia propter. § illud autem. de Elect. & Elect. poteſt* ſiquidem nuntiis, ad Comitia rei majoris momenti, Regis ſc. Romanorum eligendi causâ, inſtituta, deſtinatis, jurandi neceſſitas non imponitur, *§. præterea. § Princeps. cap. 1. A. B. Caroli IV. Imper.* Magnif. Dn. Præſes *d. l. n. 42. & ſeqq.*

4. Laudabili more receptum eſt, Confratres & Confœderatos Electores ac Duces Saxoniæ, Brandenburg. & Landgrav. Haſſiæ utplurimùm in Comitiis correſpondere. Nihil n. æquè punctis propoſitis commodare, eorumq; expeditionē, quàm Statuū concordia, promovere poteſt. Omne quod eſt, ait Boet. 4 de Philoſoph. conſol. tamdiu manere atq; perſiſtere, quādo ſit unū, ſed interire, atq; diſſolvi pariter, atq; unū eſſe deſierit, quā de causâ inſtructionibus nunciorum hæc vel ſimilis clauſula inſeri ſolet, Sollen ſie ſich bey den Churf. S. abgefertigten

Ge-

Geſandten angeben / vnd zu guter Correſpondentz anerbieten/ mit jhnen vertrawlich communiciren, &c. Magnif. atque Nobil. D. Præſes *in d. tr. c. 6. num. 91. & ſeq.*

5. Quæſtio eſt, an votum in ſcriptis proferri, ſicq; Imper. per epiſtolam eligi poſſit? Cùm n. in Comitiis Ann. 1598. alterius Principis nuntius votū ſuū ex ſcripto legere, & ad deſcribendū ſtatibus dare vellet, Director Auſtriacus permittere noluit, quo ex fundamento cum alius in Comitiis 1594. memoriale, quo non ſolum majora, verùm etiam aliorum vota referri petebatur, rejectum fuit, & rectè, ex ſcripto votum quidem recitari à Legato nihil prohibet, arg. ejus, quod de teſte dicitur, qui per ſcripturam teſtari non poteſt, *cap. 2. ibid. Canonis, qui matrim. accuſ. poſſ.* legere tamen teſtimonium ſuum ſcripto comprehēſum non prohibetur, *Alberic. Gent. lib. 2. Hiſpanic. Advocat.* & ſi id, quod literis conſignatum eſt, tanq. abſentis votum producere, & ad deſcribendum ad hunc finem dare velit, nullatenus hoc admitti debet, ſiquidem votū abſq; ſcrutinio, & ante ſcrutinium datum invalidum eſt, *cap. ſi quis. § abſens. ibid. Gl. de Elect. & Elect. pot. in 6.* quare & Carolus IV. Imper. in A. ſuâ B. conſtituit, ut Electores in perſona, vel per Legatos nuntios ad Comitia Electoralia compareant, *cap. 1. §. Princeps verò, c. 2. §. præſtito, § in caſu*, tertium v. modum votandi per literas nō admittit. Sæpè nominatus Magn. D. Præſ. *d. c. 7 n. 83. 84. & 85.*

6. Bona in pactis ſucceſſoriis ſ. confraternitatibus comprehenſa à paciſcentibus neq; alienari alterutrâ parte invitâ, neq; per teſtamentum minui poſſunt. Portio enim lege, ſtatuto ac pleniſſimo publicoq; jure debita alicui, neq; pacto alterius, neque ultimâ voluntate diminui poteſt, *l. ſi arrogator. 22. §. 1 de adopt. l. Papinian. 8. § ſi quis impubes. de inoff. teſt. Gail. 2. obſ. 86. n. 17. & obſ. 87 n. 1.* Deinde, pacta hæc valent jure contractûs, ceſſionis, donationis, quæ non niſi mutuo conſenſu revocari poſſūt. *Arg. l. nihil tam naturale de R. J.* Deniq; præſtatio mutua homagii, quæ ab utriusq; partis ſubditis exigitur, hoc non concedit, ſiquidem illa inducit jus ſuperioritatis in alios quæſitum, quod paciſcenti ſine facto ſuo auferri non debet. *Reinking. de Regim. ſecul. & Eccleſ. lib. 1. Cl. 4. c. 18. n. 18. & ſeqq. Schonborn. lib. 2. Polit. c. 13*

FINIS.